



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consti=||tvtones In Di-||oecesana Synodo
Vvla-||dislaviensi**

Karnkowski, Stanisław

Colonię, 1572

VD16 W 4100

Titvli Secvndæ partis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62991)

93
CONSTITVTIO

NUM VVLADISLA
VIENS. PARTIS II.

TITVLVS I.

DE BAPTISMI ADMI-
nistratiōe.



Einceps vnū tantū vel
duos ad summum in Ba-
ptismo susceptores ad-
mittant, iuxta Concilij Sess. 24.
cap. 2.

Tridentini decretū, quod

1. sic habet: Vnus tantū siue vir si-
ue mulier, iuxta sacrorum Canonū
instituta, vel ad summum vnus & v-
na, baptisatum de baptismo suscipi-
ent: inter quos & baptisatum ipsum,
& illius patrem & matrem, nec non
inter baptisantem & baptisatum, ba-
ptisatiq̄ue patrem & matrem, tantū
2. spiritalis cognatio contrahatur. Pa-
rochus antè quàm ad baptismum cō-
ferendum accedat, diligenter ab ijs,
ad quos spectabit sciscitetur, quem
vel quos elegerint, vt baptisatum
de sacro fonte suscipiant, & cum vel
COS

- eos tantum ad illum suscipiendum
 admittat: & in libro eorum nomi-
 nadescribat, doceatque eos, quam
 cognationem contraxerint, ne igno-
 rantia aliqua excusari valeant. Quod
 3. si vltra designatos baptisatum tetige-
 rint, cognationem spiritalem nullo
 pacto contrahant, constitutionibus
 in contrarium facientibus non ob-
 stantibus. Si Parochi culpa vel ne-
 gligētia secus factum fuerit, arbitrio
 4. Ordinarij puniatur. Ea quoque cogna-
 tio, quæ ex confirmatione contrahi-
 tur, confirmantem & confirmatum,
 illiusque patrem & matrem, ac tenē-
 tem non egrediatur: omnibus inter
 alias personas huius spiritualis cogna-
 tionis impedimento omninò subla-
 5. tis. Canonem hunc in concionibus
 populo semel & iterum ad ver-
 bum, lingua vernacula, volumus
 recitari, atque diligenter omnes
 admoneri, vt ei pareāt, ne quisquam
 6. ignorantia prætere possit. Hortē-
 tur aut populū, ne hanc nouitatē hor-
 reant, nec aliquid sacramento detra-
 ctum esse putent. neq; enim hac lege
 sanc-

fanciēda aliud spectatum fuit, quàm
ne cognatio spiritalis pateret latiùs:
vtque liberiora essent matrimonia.

7.

Ac posse quidem plures baptifando
infanti astare, sed non alijerunt veri
patrini, quàm quos Parochus libro
suo baptifmati inscripserit. Habeat
autem peculiarem librum ad scribē-
da baptifatorum & susceptorum no-
mina, & eum diligenter seruet: adiū-
get parentes baptifati, annum, men-
sem, & diem, administrati baptifmi.
Haetenùs Concilij verba.

8.

Sponfores siue patrilinos eos tantū
admittet, qui sint pij & Catholici,
& quos verifimile fit institutio-
ne sua infantem cūm ætate proces-
ferit, posse instruere in fidei sana
doctrina. Cuius etiam officij mo-

9.

neantur per Parochos, vt filium,
quem CHRISTO per baptifmum
genuerunt, in Cathechismo & veri
Dei notitia instituendū curēt, vel in-
stituant ipsi: sunt enim pro illo corā
Deo sponfores. Ac si eum in errore
quempiā vel hæresim labi viderint,
etiam

10.

Aug. epist.
23. ad Boni-
fa. & 105.
ad Euod.
& serm. 6
de octau.
paschæ.

12.

Vi&.lib.3.
Vand.per-
seq.

etiam atque etiam reuocare studeant. Proponant sibi exemplum illud imitandum Mitrie viri pij & Catholici, qui cum Elpidophorum spiritalem filium a fide Catholica defecisse cognouisset, nihil cure, laboris, diligentia pretermisit, ut eum ad sanitatem reuocatum, Christo posset lucrifacere. Cumque ille perstaret nihilominus in sententia, monitaque boni viri contemneret, prolatis linteis, quibus eum post sacra lotionem inuoluerat: Hæc te, inquit lintamina accusabunt, cum Domini iudicantis maiestas aduenerit, quæ diligentiam meam custodientur in testimonium perditionis tuæ. Hoc exemplum iuuat inculcari fidelium memoria, ut patris officij sui meminerint: utque spirituales suos filios, ab omni hæresum & schismatum labe deterreant. Quibus melius fuerat, viam veritatis non cognoscere, quam post agnitam retrorsum conuerti, ab eo quod est eis traditum sancto mandato. Ut autem huic sacramento adhibeatur maior honestas, curent diligenter conseruari

seruari fontem baptismi, ne ad illū accessus cuiquam profano pateat: ne aqua ex eo petatur, ne quid illi, præter sacrum Chrisma, per Parochum indatur, ne quæ sordes aquam immū dent, vel aliquid sit, quod astantium oculos offendat. Quæ res Archidiaconis nostris curæ esse debebit. Expediret etiam, vt Parochi in hebdomada sancta Dominicæ vt vulgò vocāt Palmarum, aseruari iuberent valentiores aliquot infantes, vt eis in ipso Sabbato sancto post benedictionē sacri fontis baptismi gratiam impartirent. Cū enim officium totius octauæ sit de renatis, bonum esset aliquos tum Sacramenti huius participes fieri, vt orationes sacræ, quæ publicè fiunt in templis, cum ipsa re congruerent. Caueant autem Parochi, ne quod infantibus (quod absit) periculum creetur, neue ob morbum aliquem, vel infirmas corporis vires, absque lauacro spiritali decedant. Hoc autem quod nunc dicimus, etiā in sabbato sancto Pēthecostes, quo ad eius fieri possit, obseruari cupimus.

§

TITV

Matth. 26.

Marc 14

Luc. 22.

Vide epist.

Cōc. Ephe.

ad Nestor.

Igna. epi. 6

ad Smyrn.

Ireneꝝ li. 4.

ca. 32. Hi

pol. de cō-

sum. secul.

Euseb. lib. 1

demōst. ca

vlt. Chryf.

hom. 3. de

incōpreh.

Dei na. &

prodi Iud.

to. 3. Li. 6.

de Sacerd.

hom. 18. in

Acta Apo.

Ambr. li. 5

ad Theod.

& ad Mar

celli. Cyp.

li. 3. epist.

25. 16. & li.

4. epist. 5.

Sessi. 22.

cap. 1.

I.

AD sacrosanctum verò Missæ sa-
crificium, quoties accedunt Pa-
rochi, cogitēt se legatos hominū es-
se ad Deum: Et cūm tremendum il-
lud sacrificium peragunt, sciant se-
questrorum se personam tenere, sa-
crosanctamque illam hostiam vul-
tui patris cœlestis incruento modo
præsentem sistere, quam obtulit Chri-
stus ipse primūm quidem, iuxta vete-
rum Patrum & Sacri Concilij Tridē-
tini doctrinā, in vltima cœna incru-
entam. Postea verò cruentam in ara
crucis, cūm expiaret peccata nostra,
cūm pro nobis patri cœlesti satisfac-
ceret, cūm aboleret chirographum
mortis contrarium nobis, crucique
suæ affigeret. Quare, summa qua pos-
sunt mentis puritate, sacrosanctum
hoc munus absoluant: vt & quæ vo-
luntà cœlesti patre obtineant, & po-
pulum in amorem tanti sacrificij ra-
pian.

Cano.

Canonem vtrunq; tacitè pronun-
 cient, reliqua voce clariore, quæ pos-
 sit audiri à populo. In sacris verò can-
 tatis, ne quid eorum prætermittant,
 quæ voce clariore cani consueuerūt,
 integrum symbolum canendum cu-
 rent, nec id vnquam decurtari per-
 mittant: est enim nostræ fidei profes-
 sio. Sanctus & Dominicam orationē,
 nunquam sub silentio proferant, sed
 ita vt audiri queāt ab astantibus. Al-
 terum enim laudem Dei, alterū pre-
 ces communis populi continet.

Vbi sunt Organa, prouideant ne
 quid sonent eorum præfecti vel pro-
 fanum, vel lasciuum, vel eo loco in-
 dignum: Sed ita cantum attempe-
 rent, vt magis deuotioni, quàm au-
 rium voluptati seruiat.

In priuatis cuiusquæ ædibus, Missa-
 rū sacrificia fieri prohibemus, sed in
 Ecclesijs tantū, vel Capellis diuinæ
 rei dicatis, adhibitis mundo vestitu,
 lumine ornatu, & lapide sacro. De-
 cet enim diuinum hoc mysteri-
 um summa mundities, nec potest

g 2 vnquā

2.

3.

Institut. Vi-
 gilius PP.
 Hermone
 & Hono. te-
 stibus in
 Gēma ani-
 mę li. 1. ca.
 103. Inno-
 cē. li. 3. de
 sacram. al-
 taris ca. 1.

4

5.

Sessi. 22. c.
 vlt. doct.

6.

Vbi supra.
 De cōsec.
 distin. 1. Sa-
 tius est.
 In cōci La-
 odicens.
 ca. 58.

8. vnquam adhiberi tanta, vt non maiorem etiam requirat. Caueant autem Parochi, ne celebrando Missę sacrificio adsint excõmunicati, interdicti, vel alij tãto mysterio indigni, quos ab eo disciplina Ecclesię arcendos esse putauit.
9. Etiam atque etiam videant, ne vinum, quod ad sacrificium adhibēt, vel acetosum sit, vel corruptum, vel nimis aquosum, neue à natura sua in alienam defecerit: Alioqui, consecratio non absoluitur, & ipsi idololatrię crimen non effugient.
10. Quare vtantur vino potentiore, & curent ab Ecclesiarum Prouisoribus tale parari, cuius vis diuturna & durabilis esse queat, nec sit corruptioni facilè obnoxium.
11. Quod autem de vino dictũ est, idem de pane intelligi volumus: nimirũ vt Parochi prouideant, ne ater sit, ne mucidus, ne macula infectus; qui vel aspectum astantium offendat, vel sumentibus nauseam afferat.
12. Pręstantissima enim in altari offerenda sunt; cùm sub eorum speciebus is offeratur, qui est omni macula prorsus

1. Pet. 2.
 sus vacuus, qui peccatum non fecit,
 nec dolus inuentus est in ore eius.

13.
 Missas pro rebus furto sublatis recuperandis, vel pro infirmis pecudibus sanandis, vel alijs rebus id genus, quæ à superstitione non multum abesse videntur, celebrari prohibemus.

14.
 Quæ autē ad munditiem tanti sacrificij pertinent, ea diligenter curari mandamus, videlicet vt altaris mappa, palle, corporalia, purificatoria, nitentur, nec sint vllis sordibus infecta: lauētur cū est opus, corporalia quidem & purificatoria per ipsum Parochum primū, vel sacerdotem quēcunq;, deinde per alias honestas personas ablutio absoluetur: nec prius admoueantur altari, quàm solita forma reconciliata fuerint.

15.
 In Primitijs siue nouis Missis, commestationes, saltationes, ebrietates, omnem denique luxum fieri prohibemus. Nefas est enim, eo die quo primum tremendi sacrificij auspiciū faciunt, sacerdotes rebus profanis ordineque suo indignis operam dare: quin hoc laborent potius, vt pijs & ca-

stis precibus, in quibus eos diem totā ponere æquum est, Deum sibi populoque Christiano placatum reddant.

16 Petant ab eo se iuuari, quò esse queant idonei operarij, rectè tractantes verbum veritatis, & vigiles Domini-
cæ vineę cultores: vtque gratiam, quam sunt eo die promeriti, deinceps etiam retinere possint. offenduntur enim ex vulgo plerique commensatione sacerdotum: quin & ipsos sacerdotes à functione tanti muneris, eiusmodi intempestiua officia persæpè impediunt: cùm plerosque videas, magis de mensis instruendis, deq; conuiuiis accipiendis, quàm de sacrosancto Missæ sacrificio, piè deuoteq; absoluendo cogitare.

17. Meminerint sacerdotes, quòd nouū statū & genus vitę nouum incipiant: quare Deū rogent, quo propositū hoc ipso, cùm ipsis, tum Ecclesiæ suæ foeliciter euenire velit.

18 Eucharistiā in Missæ sacrificio reuerenter tractent, vt populus rem sacrā illos agere intelligat. Absit nimia celeritas & festinatio. Absint motus indecori, giratiões, &

inuer-

inuerfiones sacrę hostiæ: quę siue at-
tollēda sit in altū, siue paululum eri-
genda, siue cruces faciendę, grauitē
id religiofę; fiat. Sciānt sacerdotes
se in conspectu Dei & sanctorum eius
Angelorū tractare, Christūq; præsen-
tem suis manibus astare. itaq; videāt,
ne quid admittant, quod nō deceat.
Consecratā verò Eucharistiā in loco
mūdo cōseruēt, mūdis velis & corpo-
rali substratis, nec asseruetur vltra di-
es quatuordecim: sed cōsūptis hostijs
priorib⁹, alias sufficiāt recētes, vt sem-
per in prōptu sint ad eos viatico cōle-
sti muniēdos, q̄ iā vniuersę carnis viā
ingressuri vidētur. Lumē aut siue lā-
pas, aut cereus, ante Sacrosāctū Eucha-
ristiæ Sacramētū ardeat, vbi rectē id fi-
eri licet p̄ Ecclesię facultates, vel sal-
tē inter celebrādū & officia diuina. Si-
gnū est enim eius fidei, quā ad hoc Sa-
cramētū oēs adferre oportet. Nā & in
tabernaculo veteris legis arserunt lu-
cerne corā panib⁹ Propositiōis ex mā-
dato domini, q̄ cōlestis panis huius
figura tantū fuerūt & imago. Nūquid
aut non pluris æstimāda est veritas,

19.

20.

Conc. Vor-
mac. c. 5 Au-
relian. c. 4
Lateran. c.
20. Turo-
nen. citat
Renan. ex
Burcar. de.
cōsecr. di-
stinct. 2.
Leo 9 Pō-
tif. ad Mi-
chaë. Con-
stant. cōtra
Græcorū
errores.

21.

Exod. 25.

22.

22. quàm figura, & res, quàm vmbra?
 In psal. 98. Reseruata[m] sacram hostiam popu-
 Sessi. 13. c. 5. lus adoret. nam iuxta Diui Augusti-
 in Doctr. ni sententiam, nemo sumit nisi ado-
 Amb. li. 3. rauerit. Beluinum est enim, præsen-
 de Spir. S. ca. 12. Ifi- tem Deum adorare nolle, quem car-
 chi. li. 6. ca. ne humana vestitum, adorauerunt An-
 22. in Leui. geli, Magi, & Apostoli. Hoc verò ad
 23. pastorum curam pertinet, vt fideles
 Chryso. li. 6 de sacer. doceant, quid eos in templo, & in tan-
 Heb. 1. ti Sacramenti præsentia facere oporteat.
 Matth. 2. 28.
 24. Illas autem Sacrosanctæ Eucharisti-
 stia circumgestationes in solenni p[ro]-
 pa, quod annuatim fieri consuevit,
 quàm fieri poterit augustissimè reli-
 giosissimeque peragi volumus & m[an]-
 25. damus. Celebratur enim triumphus
 ille, quem Christus de morte supera-
 ta, de feris inferi con fractis, de satana
 constricto, retulit, nobis ad coel[um] iter
 per crucem & mortem suam patefa-
 26. ciens. Quare ostendant palam fide-
 les, quòd eos non modò non pudeat
 crucis Christi, verum etiam illius gra-
 tia exultent gaudio: quando quidem
 ea nobis tantorum beneficiorum cau-
 sa,

sa, quanta nulla vnquam mens hominis concipere, nedum lingua cuiusquam, vel maximè ad dicendum instructi explicare queat. Rideant licet impij (quæ ipsorum impudentia est) & sannas quaslibet adhibeant, nos de Christo presente, de triūphatore nostro gaudere & exultare oportet. Cuius crucis & mortis, cuius etiā beneficiorum, quæ mors nobis attulit maxima, fit in hac solenni circumgestatione memoria, & rebus ipsis expressa, rudiorum animis imprimitur. Vt quid non gauderemus autem? cū sponsum nostrum præsentem habeamus, cuius præsentia magnam præbet nobis gaudiorū materiam.

Matth. 9.

Marc. 2.

Luc. 5.

Ad sumendam Eucharistiam, nemo nisi probatus accedat. Probandi autem hæc erit ratio, vt non modò fidem ad hoc sacramentū adferat quā oportet: verū etiam purus sit à peccatorum grauiorum præsertim sordibus, mundata per Confessionem cōscientia. Docebūt verò Parochi fideles ad hoc sacramentum acceden

1. Cor. 11.

27.

28.

g s tes,

28. tes, quid illud sit, quod suscipiūt: Corpus nimirum, & sanguis Domini.

29. Explicabunt fructum dignè sumentium: contra verò, quanto se obstringāt scelere, hi qui accedunt indignè.

30. Docebunt etiam, quomodo se gerere debeant, vt gratiam quam sumptione tanti sacramenti consecuti sunt, deinceps conseruare, seq; tutos à peccatis præstare queant.

31. In suis verò concionibus populū subinde admonebunt, vt sacram communionē frequentent: nec se officio suo functos arbitrentur, si ad eam sumendā in anno semel, qui pigrorum & seculorum deditorum mos est, accesserint: sed quoties experiūtur cruentatā esse nouo peccati vulnere suā ipsorum animā: quoties donum spiritus in se deficere sentiunt, toties ad medicum præsentem accurrant, & salutem ex hoc vberissimo fonte hauriant.

Iuxta Cōc.
Lateran.
cap. 21.

32. Sacram Eucharistiam eo modo Parochi porrigant fidelibus, qui fuit iā inde ab eo tempore, quo hæc nostra prouincia Christi fidē suscepit, semper in Ecclesia obseruatus, nunc verò
etiā

etiam est in Conc. Tridentino confirmatus publico totius Ecclesie decreto. Nimirum, ut panis specie contenti, nihil amplius requirant: quandoquidem in ea specie verum sacramentum, & integrum Christum, nec minorem sumant fructum, quam si vterentur vtraque. Nec est cur angantur animo, vel Christi institutionem violari arbitrentur: Securos eos facit Ecclesie auctoritas: que cum sit fidelis dispensatrix mysteriorum Dei, non auferit sacramentum plebi, nec fructu aliquo priuat fideles, sed rationem tantum vteredi sacramento prescribit, pro eo atque illis expedire videt: cuius mandato non parere, est Christianum non esse.

Quoties ad ægrotum fertur Eucharistia, comitetur sacerdotem populus, tinnitu Campanulæ præmonitus. Nec fiat ea gestatio sine cærei lumine. Orent aut omnes in ægrotiæ dibus cõgregati, eumque suis apud deum precibus iuuent, ut morbo depulso, vires pristinas recuperet: vel, si Domino secus videatur, peccatorum nexu & corporis mole solutus, vitam cõsequatur eternam

Sess. 12. c. 1
& 3. doct.

33.

34.

Matt. 18.

35.

Hono. III.
De celebr.
Missæ.

36.

æternam. In eiusmodi pietatis officijs bonum est institui & exerceri fideles, vt ipsis proximorum salus cordi sit.

TITVLVS III.

De Pœnitentia.

Heb. 5.
Gene. 9.

Hiero. sup,
Danielē ex
Tertull.

1.

2.
Sessi. 6. ca.
14. Doctri.

4.

QVoniam non est homo, qui nō peccet, omnes enim circumdati sumus infirmitate: quin & sensus & cogitationes nostræ ad malū pronæ sunt ab adolescentia: confugiendum erit fidelibus ad Pœnitentiam, veluti ad secundam naufragij tabulam, vteis peccatorum veniam consequi, & amissam gratiam recuperare liceat. Doccant Parochi, quid Pœnitentia sit, quæ illius partes, & quomodo singulis vti oporteat, si verè cū Deo in gratiam redire volumus. Nā & dolorem adhibeat necesse est is, quē admissi peccati pœnitet: & peccatum Confessione sacerdoti detegat, & satisfactione digna expiet. Omnes autem eæ partes ad eò colligatæ sunt, vt ab inuicem vtiliter seiungi nequeāt. Doctrinam verò de hoc sacramento petāt

petant Parochi, vel ex Decretis Tridentinæ Synodi, vel ex Catechismo Romano, vbi ea prolixè dilucidèque traditur.

Curent diligenter, vt populus crebrò Pœnitentiæ Sacramento vtatur: vtque confiteantur omnes, qui per ætatem possunt, bis per Quadragesimam, semel in illius initio, deinde verò cum erit ad sacram Synaxim accedendum. Interiectum autem tempus deputetur expiandis per Pœnitentiam vitijs; vt ita demùm purgati factique iam puriores, sacra Eucharistia cum fructu potiri queant.

Cùm autem non eadem sit omnium peccatorum ratio, sed alia sint eius generis, quæ iudicium acriùs desiderant, cuiusmodi sunt homicidia, infantum pressuræ, excommunicaciones, hæreses, & reliqua his similia, in quibus Episcopo tantùm reseruetur absolutio, nisi fortè is facultate à S. D. Nostro impetrata, vices suas alijs mandauerit: in talibus criminibus Parochos oculatos esse oportet, vt videant quid ligare, quid soluere debeant

5.

6.

7.

8. **Ezcc. 13.** debeant, ne forte abutantur quod ab-
sit suo munere, néue errent in clau-
um vsu, & eos decipiant, quibus abso-
lutionis beneficium impartiuñt. Nam
sempiternum v̄x Propheta his denū-
tiat, qui mori faciūñt animas, q̄ nō mo-
riuntur, & viuificāt, quæ non viuūt.

9 Ceterū caueant modis omni-
bus, ne absoluant sibi non subiectos,
& in quos nullam ordinariam vel
10. delegatam potestatem habent. Qua-
re ex aliena Parochia venientes, ad
Confessionem non admittant, nisi
de Parochorum quibus subsunt, li-
centia, casu necessitatis semper exce-
11. pto. Inter confitendū verò exami-
nent populum, num Orationem Do-
minicam, Salutationem Angelicā,
Symbolum Apostolicū, & Decalogū
memoria teneant, & vtcunq; tamen
intelligant, nū sciant quid promise-
rint in baptismo, quis sit Cōfessionis
fructus, qd in Eucharistia p̄cipiāt, & a-
lia eius generis ad salutē cognitu ne-
cessaria. Si q fuerint ignorātes, doceā-
12. tur: & quod nesciūt, iubeātur ad cer-
tū aliquod & p̄scriptū tēpus ediscere:
nisi à cōmunionē velint repelli.

Volumus aut, vt Parochi per Ad-
uentum & Quadragesimam, crebros
de Pœnitentia sermones faciant, &
populū doceant, quid ea sit, & quā
necessaria: tum quomodo fieri debe-
at, & quis ex illa fructus ad pœniten-
tes redūdet. Multos enim tanta sacra-
mēti huius ignoratione teneri vide-
mus, vt propterea Confessionem cru-
cem importabilem esse putent, ad
quam etiam non nisi coacti accedūt.
Quidam aut sic sunt affecti, vt quod
confitentur, consuetudini magis,
quā vtilitati tribuant: quo fit, vt
nec rectè confiteantur, nec fructum
inde referant, quem debent.

13.

14.

15.

TITVLVS IIII.

De extrema Vnctione.

Sacramentū verò extreme vncti-
onis, illis egrotis impartiant, qui
tam periculosè decūbunt, vt in exitu
vitæ constituti videantur, & quo-
rum iam est quasi deplorata valetu-
do. In quo impartiedo itidē vt in reli-
qs sacramentis administrādis, q̄ fieri
poterit religiosissimè se gerāt Paro-
chi: nec eorū ritū q̄cūq̄ p̄termittāt, q̄
sunt

Vlde. Cōc.
Florēt. ca.
de Sacram.Sessi 14. c.
1. 2 3.

sunt in libris Agendarum perscripti.

1. Sint etiam diligētes in ægroto admonendo, non ad peccatorum tantum detestationem, verum & ad vitæ presentis fastidium, vt illius miseria ob oculos posita, infirmorum animos ad rerum cœlestium desiderium erigant. Doceant eos mortem contemnere, quæ nō est aliud, quàm ianua, per quam itur ad vitam, & fit ad cœlestem patriam ingressus. Proponant illud perquàm elegans adolescentis exemplum, à Diuo Cypriano allatum, cui morituro augusta specie iuuenis assistens, Pati, inquit, timetis: exire non vultis, quid faciam vobis? Quo dicto arguebat trepidationem decumbentis, qui nec uiuens pericula pro Christo constanter sustineret, nec mortem fortiter ferret. Erit autem hic præcipuus diuinæ misericordiæ exaggerandæ locus, vt ea confirmati lecto decumbentes, non desperent ob peccatorum multitudinem, sed spe sua tota in Deum reiecta, confidant omnia peccata sibi remissa iri, quamlibet multa, quamlibet

De mortali-
tate.

libet magna & enormia. Est enim infinitus illius misericordię abyssus, nec esse potest vllum Dei opus tantum, quod cum ea conferri, vel eam exęquare vlllo modo queat, vt verè dicatur illud: Misericordię Domini super omnia opera eius.

5.

Neque putent Parochi, se satis functos officio suo, si egrotis Eucharistię & extreme Vnctionis Sacramenta impenderint: sed adsint præterea morientibus, eosque pijs precibus & sanctis admonitionibus iuuēt, vt, quod eis superest vitę, possint in vera & Catholica fide, Deo suam gratiam inspirante absoluere. Tunc enim eorum opera maximè opus habent, cum lucta grauißima incumbit morituris, cum Sathan terret, peccata vrgent, accusat conscientia, & cessant reliqua vitę huius miserę præsidia. Quare mandamus, vt hac etiam parte, sum in se munus Parochi ne sinant requiri.

6.

Fructū Eucharistię in extremis vide apud Chryf. lib. 6 de sacerdot.

7.

Sunt, quibus falsò persuasum est, non posse ex morbo eos conualescere, quicumque hoc Sacramentū per-

h cepis-

8.

cepissent, eoque fit, vt non pauci ab ea abhorreant, nec id ministrari sibi cupiant. Quam stultam persuasione[m] curabunt Parochi ex animis fidelium euellendam: cum certum id fit, Deum non animæ tantum, verum & corpori si expedierit, virtute huius Sacramenti salutem conferre. Et Iacobus apertis verbis pronunciat: Oratione fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus.

Cap. 5.

**TITVLVS V.
DE MATRIMONIO
& eius forma.**

Matrimonium non minus religiosè, quàm reliqua Sacramènta administrabunt Parochi: de quo nihil est necesse agere nos pluribus, cum illius administrandi rationem Concilium Tridentinum, agens de clandestinis matrimonijs, eaq; irritans, persequatur his verbis: Tametsi dubitandum non est, clandestina matrimonia, libero contrahentiũ cõsensu facta, rata & vera esse matrimonia, quàm diu Ecclesia ea irrita non fecit: & proinde iure dånandi sint illi (vt eos Sancta

Mat. 19. Io
an. 2. 1. Ti-
mo. 4. 1.
Cor. 7. Ge.
2. Eph. 5.
Cõc. Flor.
in cap. de
sacram.
Sessi. 24. c.
1. Reform.

I.

Sancta Synodus anathemate dānat) qui ea vera, ac rata esse negāt: quiq; falso affirmāt, matrimonia à filijs familiās sine cōsensu parentū cōtracta, irrita esse, & parētes ea rata vel irrita facere posse: nihilominus sancta dei Ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est, atq; prohibuit. Verūm cū Sācta Synodus animaduertat prohibitiones illas propter hominū inobediētiā iā non prodesse, & grauiā peccata perpendat, quę ex eisdē clandestinis coniugijs ortū habent, præsertim verò eorum, qui in statu dānationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palām contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuūt. Cui malo cū ab Ecclesia, quę de occultis nō iudicat, succurri non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur: Idcirco sacri Lateranens. Concilij, sub Innocentio III. celebrati, vestigijs inhærendo præcipit, vt in posterum, ante quām matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis h 2 diebus

2.

3.

4.

- diebus festiuis in Ecclesia inter Mis-
 farum solennia publicè denuncie-
 tur, inter quos matrimonium sit con-
 trahendum: Quibus denunciationi-
 bus factis, si nullum legitimum oppo-
 natur impedimentum, ad celebrati-
 onem matrimonij in facie Ecclesiæ
 procedatur. Vbi Parochus viro &
 muliere interrogatis, & eorum mu-
 tuo consensu intellecto, vel dicat: E-
 go vos in matrimonium coniungo
 in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
 sancti: vel alijs vtatur verbis, iuxta
 receptum vniuscuiusque prouinciæ
 ritum. Quod si aliquando probabi-
 lis fuerit suspicio, matrimoniū ma-
 litiosè impediri posse, si tot præcesse-
 rint denunciations: tunc vel vna
 tantum denunciatio fiat, vel saltem
 Parocho, & duobus vel tribus testib⁹
 presentibus matrimonium celebre-
 tur. Deinde ante illius consumati-
 onem denunciations in Ecclesia fi-
 ant; vt, si aliqua subsunt impedimen-
 ta, facilius detegantur: nisi ordinari-
 us ipse expedire iudicauerit, vt prædi-
 ctæ denunciations remittantur: quod
 illius

illius prudentiæ & iudicio sancta Synodus relinquit. Quia litem, quàm presente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt: eos sancta Synodus ad sic contrahendū omninò inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos presenti decreto irritos facit & annullat. Insuper Parochum, vel alium sacerdotē, qui cum minore testium numero, & testes, q̄ sine Parocho vel Sacerdote huiusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes grauitar arbitrio Ordinarij puniri præcipit. Præterea eadē sancta Synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent: statuitque benedictionem à proprio Parocho fieri: neq; à quoquam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alij sacerdoti cōcedi posse: quacunque consuetudine, etiam im-

9.

10.

11.

- memorabili, quę potius corruptela dicenda est, vel priuilegio non obstāte. Quod si quis Parochus, vel alius sacerdos, siue regularis, siue secularis sit, etiā si id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere cōtendat, alterius Parochiæ, sine illorū Parochi licentia matrimonio cōiungere, aut benedicere ausus fuerit: ipso iure tādīu suspensus maneat, quādiu ab ordinario eius Parochi, q̄ matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolua-
 12
 13
 14
 15
- tur. Habeat Parochus librū, in quo coniugū & testium nomina, diemq; & locū contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat. Postremò Sancta Synodus coniuges hortatur, ne antè quā cōtrahāt, vel saltem triduo ante matrimonij consumationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum piè accedant. Si quæ prouinciæ alijs, vltra prædictas, laudabilibus cōsuetudinibus, & cęremonijs hac in re vtuntur, eas omninò retineri sancta Synodus
 vehe-

vehementer optat. Ne verò hæc tam
salubria præcepta quenquam late-
ant, Ordinarijs omnibus præcipit, vt,
cùm primùm poterint, curent hoc
decretum populo publicari, ac expli-
cari in singulis suarum Diœcesum
Parochialibus Ecclesijs: idque in pri-
mo anno quàm sæpißimè fiat, dein-
de verò quoties expedire viderint.

16

Decernit insuper, vt huiusmodi de-
cretum in vnaquaque Parochia, su-
um robur post triginta dies habere
incipiat, à die primæ publicationis,
in eadem Parochia factæ, numeran-
dos. Hactenus Concilium.

17

Itaq; prouidebunt Parochi, vt Con-
cilij præscripto per omnia satis fiat.

18

Ante quàm aut cõiungent matrimo-
nium contracturos, admonebunt e-
os de vi, effectu, & fructu Sacramenti
huius: tum & officia sponsi & spon-
sæ ex sacris literis & Romano Cathe-
chismo petita, explicabunt, vt sciat
vir quid vxori: item & vxor, quid vi-
ro suo debeat: & quàm alter alteri fidẽ
præstare teneatur. Nec tacebunt de

19.

20.

h 4

illa

Eph. 5.
Colo. 3.

21.

Psal. 31.

22

Sess. 24.
ca 7.

23.

24

25

26

illa mirabili Christi & Ecclesie conjunctione, quam designat viri & vxoris mutua coniunctio. Cuius si meminerint semper coniuges, futurum est, vt castè vtantur matrimonio, & ab eorum exemplis abhorreant, qui sic affecti ad hoc sacramentū accedūt, equi vt potiùs vel muli, quibus non est intellectus, quàm homines esse videantur. Qua in parte vtile fuerit, historiam Tobie proponere, vt illius exemplo discat populus matrimonia religiosè contrahere.

Caucant autem, ne ignotos, vel ex alia Parochia venientes, iungant matrimonio: Itidem vagos, & eos qui nullam certam habent sedem, nisi priùs diligentem inquisitionem fecerint, & re ad ordinarium relata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

Animaduersum est enim, quosdam prioris coniugij pertæsos, commutato loco, ad secundas nuptias conuolasse. Morem autem illum, quo spōsus post initum matrimonium, solet pulsari pugnis astantium, prorsus aboleri mandamus: itidem & alia ludi-

cra

cra & ridicula, si quæ in Ecclesias Diœcesis nostræ leuitate populi, aut Parochorum negligentia vel inscitia irrepserunt.

In vitandis consanguinitatis & affinitatis gradibus, qui vel impediunt vel distrahunt matrimonium, Decretum Concilij Tridentini seruari volumus. Quæ tamen impedimēta patefaciet proculdubio terna denunciatio, quam sacrum Concilium seruari præcipit, & nos itidem à Parochis nostris vbique diligenter obseruari mandamus, ne quis ignorantia, quæ periculosa est in hac parte, præterequeat. Si quos, ex vulgo præsertim, Parochi rudiores esse viderint: non prius eos matrimonio copulent, quàm Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum & Decalogum didicerint.

Licet quidem quotiescunque colibuerit matrimonium contrahere, tamen solennitas illa, cui pompa est adiuncta, certis temporibus, quibus Ecclesia, præcipuè peculiaribus Christi beneficijs recolendis vacat, lege

h s nonica

27

28.

Sessi 24. c.
2. 3. 4. &
sequent.

29

30.

Vbi supra
cap. 10.

nonica prohibetur. Nimirum à prima Dominica Aduentus, vsque ad festum Epipha. inclusiue: & à feria quarta cinerum, ad octauam pasche inclusiue.

31. Placet autem probatam longo vsu Diœcesis nostrę consuetudinẽ retineri; qua cauetur, vt non modò in tẽporibus superius allatis abstineatur à matrimoniorum solennitate, verum etiam vt extẽdatur ea prohibitio paulò latius, & à dominica Rogationum ad festum sanctissime Trinitatis inclusiue, nullę nuptiæ celebrẽtur solẽni ritu.

32. Et si autẽ præcipuè curare debent Parochi ea, quę ad prædicandum dei verbum, tum ad sacramentorum administrationem, & obseruandum Ecclesię ritum p̄tinent, non tamen hęc eorum cura consistat, sed eã ad res etiã temporales Parochiæ suæ conuertant, ne quid ex eorum negligentia, quod absit, Ecclesiã detrimẽti capiat. Quare, cum possessionem Parochiarum suarum adierint, primum omnium, inuentaria rerum Ecclesię conficiant, eorumque alterum exemplum retineant ipsi, alterum Vitricis & Prouisoribus Ecclesię dent seruandum: idque

33.

eo cōfiliō faciāt, ne quid cedente vel decedente Parocho, ad Ecclesiā dāni redundet. Quòd si quid in inventario defuerit, tāta fiat ex Parochi bonis diminutio, quanta illi damno sarciendo suffecerit. Volumus etiā, vt Parochi decedentes, auctius inventarium facere, Ecclesiæque meliorem conditionem reddere teneantur.

34.

35

Quod si vel parentes in suo conuictu, vel alios propinquos habuerint, curent statim in ipso eorū ingressu, inuentariū de bonis per ipsos allatis fieri, testib⁹ præsētibus, ne fortè, quod fit non rarò, cum Ecclesiæ bonis ipso rū bona misceantur, & alterutra pars rerum suarum iacturā faciat. Alioq; defuncto Parocho, nullū repetendi sua ius propinqs esse volumus. Familiæ quoq; annuam mercedem persoluant, nec eā in tēpus longiūs protrahāt: quasi velint eis testamētis à se cōdēdis esse prospectū: id enim nullo modo nobis ferendum arbitramur: nec expedit mercedē cuiusquā retardari, cū & scriptura dicat: Opus mercenarij nō maneat apud te in crastinū:

36

Tob. 4.
Iac. 5.

Et

Jacob. 5. Et sit hoc vnum ex peccatis illis, quæ vindictam à Deo postulant.

37. Illud præterea diligenter obseruent, ne cui ex ira, odio, vel ob negata iura Parochiæ, aut redditus interuersos vel impeditos, sacramenta negent, sed illis ministratis, iuris sui apud legitimum iudicem persequendi potestatem habeant.

38. Nundinationes præ templorum foribus, vel in Cœmiterijs, fieri non permittant, nec in tabernis quicquã vendi sub officijs diuinis. Solet enim

Vide 6. Cõcil. gener. Cõstãtino pol. ca. 76.

populus his rebus occupatus, à pietate Dei que cultu abstrahi, & ad res vanas conuerti: magno cum priuato periculo, & publico multorum scãdalo.

39. Archipresbyteri siue Decani rurales, curent bis per annum conuocari suos comparochos, & eorum doctrinam ac vitam examinent.

40. Dispiciant num sint verè Parochi, num institutionis Canonice testimoniũ siue inuestituram habeant: num rectè fungantur suo munere.

41. Si quid perperam fit in eorũ Ecclesijs, & si qua emendatione opus est, ad nos refe-

rant

rant, aut Vicarium nostrum. Sic enim facilius necessitatibus Ecclesiarum nostrarum providere nobis licebit, si ab his fuerimus adiuti, qui sunt per nos in partem curæ nostræ sollicitudinisque vocati.

TITVLVS VI.

DE SACRO CHRISMATE ET ALIQUA, ALIARUMQUE RERUM ECCLESIASTICA BENEDICTIONE.

Sacrum Chrisma, iuxta receptum Ecclesiæ Catholicæ morem, vel per nos, vel per suffraganeum nostrum, quotannis in Ecclesia nostra Cathedrali, siue alia quapiam, arbitrio nostro deligenda, confici curabimus: quod petent omnes Archipresbyteri vel rurales Decani: ab his verò alij Ecclesiarum Parochi: pro quo, pecuniam Capellanos nostros, vel Suffraganeum nostrum postulare, omninò prohibemus. Neque Parochi ab Ecclesijs suis hoc nomine quicquam, præter sumptum itineris, exigere audeant. Curent autem, vt id decenter

per

D. Dion. li. 1 Hier. Eccl. ca. 5.
D. Fab ep. 2. ad Oriē. Episco.
D. Leo. epist 88.
D. si. a B. 27 ca. ad Amph. Cyt. 2. Cathed.
D. Clem Rom. li. 7. ord. apost.
Conc. Carthag. secū. c. 2. & tert. cap. 36. & quartum cap. 26.
I. Cōc. Vase. nu cap. 1. quat. Cartha. ca. 36.

2. per sacerdotes ad ipsorum Ecclesias, perferatur: nec vtantur in eo perfe-
rēdo profanorū hominū ministerio.

3. Vbi nouū Chrisma consecratū fue-
rit, vsum veteris Chriſmatis prohi-
bemus, quod mandamus etiā exuri,
& corrasos cineres sub altari condi,
vel in ossoriū iniici. nam eos viliter
abiectos, pedibus cōculcari fas nō est.

4. In aqua benedicenda, in fructibus,
frondibus, vel palmulis, herbis, cære-
is, cineribus, & Paschalibus edulijis:
mandamus, vt Parochi nostri ab Agē-
darū p̄scripto nō discedant, nec vl-
las preces in eiusmodi adhiberi con-
suetas p̄termittere audeāt. Sed cūm
ea benedixerint ritu solenni, admo-
neāt populū, ne illis abutatur ad p̄-
stigias, ad carmina siue incantatiōes,
vel ad veneficia: sed vel modo legiti-
mo illis vtatur ac fruatur, vel pro me-
moria eius rei cōseruet, quam signifi-
cāt. Est enim periucundū spectaculū,
quādo populus aqua capiti insperſa,
venit in memoriam eius fidei, qua se
Christo in baptismo virginē castā di-
cauit, vel quādo cæreos accēsos, quod
est

De cōsec.
distin. 3.
Syn. Hanc
tenf. ca. 5.
Theod. l. 5
Eccl. hist.
cap. 21.
Ephi. here.
30. contra
Ebionem.

5

6

est fidei signū, gestat manib. nō sec^o, q̄
 Simeō ille senex olim Christū lumē
 eternū, in vlnis gestauerat: vel quādo
 cū palmis & frōdibus, memoriā solē-
 nis illius Christi Hierosolymā ingres-
 sus facimus, recepto Hebreorū more,
 q̄ ramos & frōdes in signū letitię pub-
 licæ, festis diebus, manib⁹ gestasse me-
 morātur: vel cū post trāsactū quadra-
 gismale ieiuniū, nouā vitam ingres-
 si, nouis cibis, p̄ dei verbū & orationē
 sanctificatis, vescimur: vel cū in signū
 humilitatis & poenitētiæ, caput cine-
 re cōspersi, nō aliud esse nos profite-
 mur, q̄ puluerē & cinerē, nō ita mul-
 tō post, in similē cinerē cōuertendos.
 Eiusmodi cēremonias æquū est reti-
 nere in Ecclesia, quibus etiā rudiores
 plurimū iuuantur, si p̄sertim, quid
 sibi velint, & quid significēt, intelli-
 gāt. Quod vt fiat, curabūt Parochi.

Quoties supplicationes solennes
 inducuntur, vel feriales habētur, mo-
 neātur fideles, vt illis frequentes in-
 tersint, & ad Deum cōfugiant, eum-
 que pijs precibus fatigent, vt & im-
 minentia mala propulset, & bona,
 quæ

1. Macha.
 13 & 2. Ma-
 chab. 10-
 1. Tim. 4.

7.

In Cōc. Au-
 relian sub
 Hornif. Pa-
 pa. ca. 29.
 Theo. lect.
 in hist. l. 1.
 Greg. Ma-
 xi. li. 2. epi-
 sto. in pro-
 hem. & li. 9
 c. 45. ad epi-
 sco. Sicil.
 In Cōc Ge-
 rūdēs. ca. 3
 Alcim. Au-
 tus de pri-
 ma instit.
 festi Roga.

quæ petimus nobis concedat. Non enim solet ille multitudini & vnanimitati precatium postulanti negare, quæ illi profutura esse non ignorat.

- 9 Sicubi Cœmiteria execrata, vel nõdum consecrata fuerint, Processiões ibi haberi prohibemus, donec p nos vel Suffraganeũ nostrũ recõciliẽtur, vel denuò cõsecrẽtur. Morẽ autẽ illũ maximẽ improbãdũ, quo villani cũ signo Christi crucifixi vel resurgẽtis, cãpos & segetes in ferijs paschalibus, poti oberrant, tanquã Floralia & Ambarualia celebrantes, prorsus aboleri mãdamus. Quare prouideãt Parochi, ne quid huiusmodi admittant populares ipsorũ. Nã, præterq̃, quòd res est nomine Christiano indigna, eũ morẽ seruari à pijs, q ab impijs gentib⁹ originẽ traxit, & Paganismũ etiã nõ sapere videtur, etiã grauib⁹ cõtẽtionib. quin & cẽdibus nõnunq̃ vicinorũ occasionẽ dare solet: quo fit, vt illũ magis etiam abrogandũ, & ex hominum memoria extirpandũ esse cẽseamus. Quod mandatũ nostrum à Parochis vbiq; accuratẽ seruari volumus.

CONSTIT.